Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



208

Respondit ihs. regnum meum non est de mundo hoc.
si ex hoc mundo esset regnum meum. ministri mei
decertarent. ut non traderer iudaeis, Nunc autem
meum regnum non est hinc, Dixit itaque ei pilatus.
ergo rex es tu. Respondit ihs. tu dicis quia rex sum
ego, Et ecce quando inuentum est. ad id quod alii euan
gelistae commemorauerunt, Sequitur ergo item
dicentem ad hud dno. quod ceteri tacuerunt. Ego in
hoc natus sum. et ad hoc uenimus in mundum. ut testimoni
um perhibeam ueritati, Omnis qui est ex ueritate
audit meam uocem. Dicit ei pilatus, Quid est ueritas.
et cum hoc dixisset. iterum exiit ad iudaeos. et dicit eis,
Ego nullam inuenio in eo causam, Est autem consue
tudo uobis. ut unum dimittam uobis in pascha, Uultis
ergo ut dimittam uobis regem iudaeorum, Clama
uerunt rursum omnes dicentes. Non hunc sed bar
rabban. Erat autem barrabbas latro, Tunc ergo
ad prehendit pilatus ihm. et flagellauit. et milites
plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius.
et ueste purpurea circumdederunt eum et ueniebant ad
eum et dicebant, Haue rex iudaeorum et dabant ei
alapas, Exiit iterum pilatus foras et dicit eis, Ecce ad
duco eum uobis foras. ut cognoscatis quia in eum nullam causam
inuenio. Exiit ergo ihs postans spineam coronam et pur
pureum uestimentum, et dicit eis. ecce homo, Cum
ergo uidissent eum pontifices et ministri clamabant dicentes.
Crucifige crucifige. Dicit eis pilatus. Accipite eum uos.
et crucifigite, Ego enim non inuenio in eo causam,
Responderunt ei iudaei. Nos legem habemus. et secundum le
gem debet mori. quia filium di fecit, Hoc potest congruere
ei quod lucas commemorat In accusatione iudaeorum dictum.
Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram. et ad